



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Peccata dicuntur tenebr[a]e tripliciter.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

- Grego.** paulatim decider. Gregorius. Si ista minima negligimus insensibiliter subducti audacter maiora perpetramus.
- Hydo** Hâc eandem sententiam sequitur Isidorus inquiring. Iudicio autem diuino in reatum nequiores labuntur, qui distinguere sua facta minima contemnunt. Tertio timendum est ne multa leuia, unum grande efficiant sicut solent ex paruis & minutissimis guttis, immensa flumina crescere.
- Auguf.** Vnde P. Augustinus ista leuia nolito temnere, si contemnis quando apprehendis, expauesce quando numeras.
- Bernar.** Bernardus. Qui delicta sua existimant esse parua, cadit in deteriora prioribus. Timeamus igitur peccata uentilia, ut etiam mala quæ oriri possunt caueamus, &c.

*Peccata dicuntur tenebræ tripliciter.*

**1. Io. 1.** **P**rimo, quia non perpetrantur nisi ab his qui sunt in tenebris & cecitate mentis inuoluntati. **Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, &c. Pro. 4** Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant, &c. Secundo, quia tenebras querunt, qui peccare uolunt

Io. Qui male agit odit lucem. Idem. Ioan. 4.  
 Hoc est iudiciu, quia lux uenit in mū- Ioan. 3.

dum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Triplici ratio- ne solet aliqua creatura tenebras quæ- rere. Primo propter debilitatem uisus, sicut noctua; quia uisū habet debi- lem, lumē diei sustinere non potest. sic peccator qui uisum cordis habet debi- lem, lumen diuinæ sapientiæ, quod ostendit ei quomodo regnum cælorū lucrari possit, sustinere non ualet.

Vnde Boetius. Nequeunt enim oculo- Boetius  
 los tenebris assuetos ad lucem perspi-  
 cūē ueritatis attollere; similesq; aui-  
 bus sunt quarum intuitum nox illu-  
 minat, dies cecat. Iob. Qui dicunt Io. 2. 1a.  
 deo recede à nobis scientiam uiarum  
 tuarum nolumus. Secundo quia ali-  
 quid erubescibile habet, & hac de  
 causa peccator tenebras quærit. nil  
 enim erubescibilius peccato quod pa-  
 tet in primis nostris parentibus. Ter-  
 tio, aliqua creatura tenebras quærit  
 quia peccata exosa sunt deo. Ideo  
 Bubo, & noctua tenebras quærun-  
 t, quia aues lucis eas odiunt. Sic &  
 peccatum super omnia exosum est  
 deo, sicut legitur in capitulo de pec-  
 cato. Tertio peccata dicuntur te- Mat. 22  
 nebræ, quia ducunt ad tenebras æ-  
 ternales, sicut legitur in Euangelio:

ligatis manibus & pedibus proicit  
eum in tenebras exteriores, &c.

*- Peccatum non potest inuenire  
Deum, quatuor de  
causis .*

**P**rima est, quia non querit eum  
ubi est, sicut in paupertate, &  
tribulatione . sic D. Bernardus  
dicebat ipsum nullibi inuenire nisi in  
eruce, & totam eius uitam esse stig-  
mata paupertatis. Iob . 28. sapientia  
nerò non inuenitur, & quis est locus  
intelligentiæ? nescit homo precium  
eius, nec inuenit in terra sua in terra  
uiuentium, &c. Secunda est, quia  
non querit eum in tempore constitu-  
to. Isa. Querite dominum dum inue-  
niri potest, &c. Gall. 6. Dum tempus  
habemus operemur bonum, &c. Ter-  
tia est, quia non querit eo modo quo  
debet, sicut, cum lacrymis. Ego &  
pater tuus dolentes querebamus  
te, &c. Quarta est, quia  
non querit perseue-  
ranter. Require in  
cap. de perseue-  
rantia.

Bern.

Iob . 28.

Isa . 55.

Gall. 6.

Luc. 2.